que tunc maxime uacat ad petitum quod sibi esset maxime
abstinendum // Sed est aliud ieiunium quod
dicitur corporale quo abstinemus a cibis ad affl-
ictione carnis Nam ad ieiunandum debet nos
inducere natura debent inducere exempla Et
debet inducere utilitas maxima ex ieiunio gene-
rata Est ergo inducens ad ciborum abstinentiam
moderata ipsa natura que refugit semper super-
flua sic et diminuta et diligens media Visus
enim sic deficit in plus et diminutis obiectis
sic corrumpitur a superfluis et delectatur in me-
diis. Quare sic modicum nimis obiectum non per-
cipit quia eum subterfugit Sic superfluum lumen so-
lis cum in fonte uidere non possit cum delectatione
in aere conspicit ubi ei fit proportionalis. Sic et
auditus qui ad modicum sonum non excitatur
ad sonum excedentem corrumpitur et adductus ad
medium delectatur. Quare illi qui sunt iuxta
uillam ubi de montibus aqua cadit propter excedentem
Rumorem quem facit omnis incurrunt uitium surdi-
tatis Sic etiam apparet in olfactu in gustu Sic
etiam in tactu respectu suorum obiectorum Sicut enim
tactus ex nimio calido leditur uel corrumpitur
Sic ex nimio frigido conturbatur et in tepido
delectatur Vnde sic tactus refugit aquam bulli-
entem Sic et aquam gelidam inducentem
et amat aquam mediam inter hec continentem quale
uidemus balnea habere Manifestum igitur est quod natura
non requirit superflua cibaria sic et diminuta
Sed necessarius est contenta et maxime natura hu-
mana nisi uiciis sit corrupta Vnde Boecius dicit
Natura paucis modicis que contenta est quam si superfluis
urgere uelis aut iniocundum fiet aut nociuum
Et ideo secundum philosophorum doctrinam Ieiunia moderata uir-
tutes sunt Sed immoderata sunt inter uicia com-
putanda Sicut enim unus de septem sapientibus dixit